



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologiæ Moralis

Busenbaum, Hermann

Monasterii Westphaliæ

Dub. II. Cujus sit applicare fructum sacrifici?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40957

fit onus Ecclesiæ, aut Monasterii, curare Missam
 quotidianam v. *Tamb. l. c. Dian p. 2. t. 14. R. 28. p.*
4. R. 86. & p. 5. t. 5. R. 23. & t. 13. R. 51. 2. Idipsum
 limitat *C. de Lugo R. mor. l. 5. d. 9.* Si obligatio di-
 rigatur ad ipsum Sacerdotem, v. g. si dicatur. (*Qui*
debet quotidie celebrare.) quo casu concedit: si
 vero dirigatur ad celebrationem in tali loco, v. g.
nolo ut in tali Ecclesia celebretur quotidie Missa,
 teneri eum pro se alium substituere eo die, quo
 ipse non celebrat.

XI. Qui non potest foundationi satisfacere
 propter morbum, non tenetur, si brevis sit, (v. g.
 15. dierum, ut docet *Bon.* aut etiam unius alteri-
 usve mensis, ut probabiliter docet *Card. de Lugo*
n. 49.) substituere alium, compensare, cum tam
 si iuste nec domini quidem honesti cum famulis
 agant: secus tamen, si sit diurnus morbus: nisi
 r. di. us sint nimis tenues, aut in morbum absti-
 mantur, ut contra *Sylv. & Azor.* docet *Bonac. ex*
Rodrig. Impeditus verò aliis negotiis, licet iustis,
 (cum hæc non debeant ob esse fundatori) debet
 satisfacere per alium, vel compensare postea, præ-
 sertim si fiat sapius. Ita *Bon. d. 4. q. ult. p. 7.*

DUBIUM II.

Cujus sit applicare fructum sacrificii?

Resp. Solus Sacerdos offerens valide id facit.
 per suam intentionem: quia est actus potestatis
 sacerdotalis. Ita commun. *Suar. C. Lugo d. 14. s.*
10. n. 211. & c. Unde resolv. s.

I. Is

I. Is validè applicat, et si peccet sacrificando, vel applicet contra voluntatem superiorum. Ita *Suar. Laym. Dian. Card. de Lugo l.c. contra Navar. Ledesma. & alios*, quorum sententiam probabilem dicit *Dian. t. 1. resol. 72.*

II. Sacrificium, quod neque formaliter, neque virtualiter ulli applicatum est, vel ante, vel in ipsa consecratione, saltem secundæ speciei, non potest postea ulli applicari, saltem adæquatè: quia producit effectum quando existit, neque is suspenditur: ideoque nec licet accipere stipendium pro Missa præterita. *v. Laym.*

Dixi, *vel ante* quia non requiritur, ut applicatio fiat in ipso sacrificio; sufficitque si pridie facta sit, et si ipso die de ea non cogitet *Bon. q. 3. p. 2. et Suar. & Dian. l.c. resol. 47. contra Vasq.*

III. Si nulla applicetur, vel incapaci, fructus manet in thesauro Ecclesiæ, ut docet *Suar. vel credit ipsi Sacerdoti, vel illis*, pro quibus tenentur specialiter offerre, quod ita implicitè censetur intendisse. Ita *Laym. t. 5. c. 2. v. C. Lugo n. 215.*

IV. Applicatio sub conditione jam impleta, est valida, v.g. ad intentionem quam habuit hodie superior, non autem sub conditione futura contingente; v.g. applico illi, cui Titius, interrogatus voluerit; vel ei qui prius morietur; vel qui primo stipendium offeret. Ita *Suar. in 3. p. 16. 3. d. 79. f. 9. Laym. l.c. Dian. l.c. resol. 15. E. Lugo d. 19. n. 209. contra Bon. q. ult. p. 7. §. 5. qui tamen ipse in praxi dissuadet.*

V. Non satisfecit, qui te mortuum putans, Missas, quas pro defuncto teneretur, celebravit.

VI. Sa-

VI. Sacerdotes Societatis non satisfaciunt, celebrando pro defunctis per anticipationem; nisi tamen jam mortui sint, et si postea promulgentur, *Laym. l. c.*

VII. Non omnes Sacerdotes tenentur die animarum applicare Missam pro omnibus defunctis. *Tamb. l. 3. exp. sacr. c. 3. §. 2. contra Fraxin. & Gavarr. p. 4 t. 15.*

VIII. Missa celebrata in altari privilegiato pro defunctis, non suffragatur illis, nec satisfit indulto, nisi sit de Requiem *Dian. p. 4. t. 4. R. 233. & declar. Card. & p. 9 t. 2. R. 8.*

DUBIUM III.

Quando, & quoties liceat celebrare?

Resp. I. Ordinariè non licet celebrare post meridiem, sed debet inchoari ante duodecimam: nec ante auroram, quam ante solis ortum *Regin.* quadrantem horæ, *Henriq. & Con.* mediam horam, *Azor* horam cum quadrante, *Suar. & Fernand.* *Possiv.* seique horam comprehendere dicunt; & consequenter, cum secundum *Henriq. & Suar.* & alios, Missa possit inchoari tanto ante auroram, ut sub eius initium finiatur, licet duabus horis ante solis ortum incipere. Ita *Rodriq. & alii.* Unde ulterius inferunt quidam, cum *Suar.* Religiosis habentibus privilegium celebrandi hora ante diem, licere tribus horis ante ortum Solis incipere, quod *C. Lugo d. 20. s. 1. n. 32.* non improbat.